



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

IX. Die Markgrafen Otto und Waldemar verkaufen der Stadt Frankfurt das  
Dorf Trettin, am 2. Juli 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](#)

qui sacerdotem ejusdem ecclesie, cum corpore Christi infirmos visitantem, affocauerint, Nos de omnipotentis dei misericordia dulcisque matris sue Marie gratia, Necnon beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi: Quilibet nostrum quadraginta dies de injunctis suis penitentiis, Dummodo voluntas dyocefani ad id accecerit et consensu, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum Rome, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>, pontificatus domini pape Bonifacii pape octauo anno sexto.

Nach dem Original der Marienkirche. — Spieler, Gesch. der Marienkirche S. 441.

### VIII. Bestätigung der Stiftungsurkunde von Frankfurt durch den Markgrafen Hermann, vom 2. August 1306.

— Nos quoque Hermannus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio et Dominus de Hinneberg, recognoscimus publice omnibus et singulis, querum audientie presentia deferentur, quod universaliter singulos et singulariter universos Articulos in presenti Instrumento (No. I.) contentos et supra scriptos, a progenitoribus nostris charissimis editos, traditos seu indultos, habito nihilominus super hoc maturo nostrorum discretorum confilio, ad instantiam prudentum universorum Civium de Vranckenvorde, per presentes duximus innovandos, innovatosque in testimonium evidens et robur perpetuum confirmandos. In cuius rei testimonium et evidentiam plenioram presentibus litteris nostrum Sigillum jussimus appendendum de nostra certa scientia et consensu. Testes hujus rei sunt strenui viri Bernardus de Plotzicke, Gerardus de Wederden, Ludowicus de Wantzleue, nostri milites, Conratus plebanus de Vranckenvorde et Slotekinus, nostre Curie Notarius, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneborch, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, IIII Non. Augusti, in vigilia inventionis sancti Stephani prothomartyris.

Nach einer Copie der Joachimsthalischen Schulbibliothek und des neuern Copialbuches des Frankfurter Stadtarchives I, 1. An beiden Orten ist die Jahreszahl jedoch 1307 geschrieben, während nach Wohlsbrück, Lebus I, 393 und Beckmann's Abdruck in der Beschreibung von Frankfurt S. 28 1306 gelesen werden muss. Das Original der Bestätigung ist jetzt nicht mehr zu ermitteln gewesen.

---

### IX. Die Markgrafen Otto und Waldemar verkaufen der Stadt Frankfurt das Dorf Trettin, am 2. Juli 1308.

In nomine domini amen. Ut Res geste habeantur in memoria Sempererna, Ipsarum descriptio Summe est necessaria, ne posteri obliuione moti denegare queant maturo priorum confilio stabilita. Hinc est, quod Nos Otto et waldemarus, dei gratia Brandenburgenses, landefber-

genses et lusacie Marchiones, Recognoscimus et ad vniuersorum cristi fidelium noticiam Tenore presentium publice volumus peruenire, quod Ciuibus Ciuitatis vrrankenuordensis tam presen-tibus quam futuris dedimus et damus villam Dretthyn, quam iidem ergo Nos iusto emptionis modulo comparauerunt pro Quadringentis Marcis Brandenburgensis argenti et Ponderis, nobis ab Eisdem Ciuibus integraliter persolutis, cum pleno jure et vsufructu, cum omnibus suis pertinenciis, videlicet agris cultis et incultis, lignis, aquis et aquarum decursibus, pratis, Pasuis, cum Molendino inibi sito, cum Precaria et Seruiciis quibuslibet tam Curruum quam vecture, cum Melle inde proueniente, necnon ceteris vtilitatibus et vsufructibus inde prouenientibus, cum Judicio tam maiori quam minori, cum omnibus suis distinctionibus, vtpote nobis, dum nostra fuit, competebat, possiden-dam, vtifruendam iusto proprietatis tytulo perpetuis temporibus et habendam, Abrenunciantes sim-pliciter omni Juri, quod in eadem villa Dretthyn hactenus dinoscimur habuisse, Ita quod de cetero nec nobis, nec nostris Heredibus, Successoribus, Aduocatis, Subaduocatis, Bodellis, aut aliis qui-buscumque nostro nomine in ipsa possit vel debeat actionis quicquam competere sive juris. Insuper etiam protestamur, quod Nos cessauimus et cessamus omnino ab omni impetitione, quam hucusque in predictos Ciues mouimus occasione quorundam pratorum et lignorum inter ipsa Prata et circa existentium, refutantes amodo huiusmodi imputationem Seu Petitionem, quod ansprake wlgariter dicitur, aliqualiter memorie commendari, Sed prenotate Ciuitatis Ciues ex nunc eadem prata in omni parte fui distincta hoc modo: scilicet Surfum ascendendo ad stagnum Tycche usque ad salicem que alta salix vocatur, Et deinde per directum usque ad Riuulum, qui Svmpel vocatur, cum lignis ad ipsa pertinentibus etiam proprietatis tytulo possidebunt iugitur et habebunt, Taliter quod Nos in predictis pratis nichil nobis preterquam ipsum stagnum Tzyche, in quo ipsi Ciues nichil juris obtinebunt, debeamus de cetero vendicare. Ne autem super huiusmodi nostra ordinatione in pos-sterum cuiquam possit dubium suboriri et factum nostrum in hac parte per Nos aut Heredes vel Successores nostros aliqualiter immutari, presentem Paginam super hoc confectam Scribi fecimus in testimonium premissorum omnium ac Robur perpetuum et nostrorum Sigillorum appensionibus com-muriri. Prefentibus testibus ydoneis, videlicet nostris fidelibus Conrado de Redere, Rudolfo de wedele, Heinrico de Stegheliz, nostre Curie Dapifero, et Tzabello de Badelow, tunc temporis aduocato, militibus, Heinrico, Preposito de Grandzoy, et aliis quampluribus aliis fidei testimonio decoratis. Actum et Datum in Oppido Solenzick, Anno domini Millesimo Trecentesimo Octavo, In die Beatorum Processi et Martiniani, per Manum Euerardi, nostre Curie Capellani et Notarii. Amen.

Nach dem Orig. des Stadtarchivs, Drettin No. 1.

#### X. Der Rath zu Frankfurt vereignet den Schlächtern die Fleischscharren, am 22. Juli 1308.

In nomine Dominij amen. Cum mors sui impetus non sedabit rabiem, donec omnia post se detrahat in ruinam, utili et necessaria cautela procuratum est, ut super quibuslibet actis scripta firmentur autentica, quibus dum oportunum fuerit veritas certissime conprobetur et dubietatis questio-